

4625.

1350 Okt. 11.

Uppgift på fastar, å konung Magnus' vägnar af Tidekin Petersson ställda till biskop Egisl i Vesterås ombud Jon Håkansson, å Grönö m. fl. egendomar (jämf. n. 4601).

Vidim. afskr. på perg. i Sv. Riksark.¹⁾

Isti sunt fasta nominati super Grönø et suis omnibus pertinenciis ac omnibus bonis predialibus domini Gregorii Magnusson bone memorie in Vestmannia, eciam super nouem oris terre in Forsby, parochia Byornæskogh, et super duabus insulis dictis Krakholm norra et sydra vna cum exitibus liberis in Vlunge et Hestholm ad ligna cremabilia et ad sepes necnon et piscarias libere vtendas et excercendas sub anno Domini m°ccc° quinquagesimo feria secunda proxima post Dyonisii sociorumque eius, dati ex mandato domini mei regis per me Thidichinum Patersson et assignati ex parte domini Egisli, Dei gracia episcopi Arosiensis, honorabili viro domino Johanni Haquonason, clero eiusdem dyocesis: primo Folke Dyækn, Thyrillus, exactor in Aker, Petrus, villicus in Strø, Petrus de Jedre, Laurencius de Kyrtингhe, Ødbernus de Byrsinghaby, Petrus de Thorpe, Petrus de Thuetum, Ranguastus de Nordamwægh, Fastbernus de Østerby, Hermodus de Wyby et Petrus de Ørberghum. In cuius testimonium sigillum meum vnaque cum sigillo domini Johannis Haquonason presentibus sunt appensa.

4626.

1350 Okt. 13.

Malmö.

Fogden i Malmö Esbern Nilsson, rådmänner Nils Akæf och Peter Brun m. fl. intyga att bröderna Laræ genom skötning öfverlemnat till Henrik af Plöne och Henrik af Chame den egendom i Rostock de ärft efter Tidekin Helling (jämf. n. 4623).

Meklenburg. Urkundenbuch, X, n. 7127,
efter orig. i staden Rostocks arkiv.

Omnibus presens scriptum cernentibus Esbernus Niglæson, aduocatus in Malmøghæ, Nicholaus Akaef et Petrus, dictus Bruun, consules, Nicholaus Villæson et Hinzae Løghæ, villani ibidem, in Domino salutem sempiternam. Nouerint vniuersi, presentes et futuri, quod constituti coram nobis liberi dilecti quondam villani nostri Hermanni Laræ pie memorie, Lambertus dictus Laræ, Hermannus Laræ et Johannes Laræ confratres in placito ville nostre secunda feria proxima post festum beati Dionysii latoribus presencium Henricho de Plønæ et Hinrico de Chamæ hereditatem omnem mobilem et immobilem, ipsos jure hereditario in Rostok ex parte liberorum Tidechini dicti Helling, quondam ciuis ibidem, tangentem, predictis latoribus Henrico de Plønæ et Henricho de Chamæ et eorum heredibus per se et suos heredes scotauerunt et in manus tradiderunt ad possessionem perpetuam possidendam pro inpetricione et alloquacione cuiuscumque. Quod presentibus protestamur. In cuius rei testimonium sigilla nostra vna cum sigillis viorum discretorum, videlicet Mathei Spikhæring, Conradi Righæman, Hennechini

¹⁾ I en vidimation af domkapitlet och rådet i Vesterås 1351 d. 8 Sept.

Sv. Diplom. 6.